

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis**

**Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>**

**Constantiae, 1699**

Caput V. De charitate fratribus infirmis, & defunctis exhibenda

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)



## Caput V,

### *De Charitate fratribus in-* *firmis, & defunctis ex-* *hibenda.*

**O**Mni tempore diligit, qui amicus  
est, & frater in angustiis compro-  
batur, ait Salomon Prov. 17. Hinc  
Confratres fraternam suam charita-  
tem tunc maximè opere demonstra-  
bunt, si contingat aliquem ex Capi-  
tularibus gravi, aut periculosa cor-  
poris infirmitate decumbere, quem  
proin viciniore visitent, consolentur,  
ac necessarijs Ecclesiæ Sacramen-  
tis provideri curent. Quòd si ex hac  
vita migrarit, mox Parochus proximi-  
mè vicinus ipsius obitum ( nisi id de-  
functi haeredes vel domestici fecerint )  
noti-

notificabit Decano , qui quamprimum bona defuncti in inventarium rediget , & omnia Capituli sigillo muniet , & obfignabit , ubi specialiter invigilabit , ne quos ad conobfignationem admittat , nifi , qui vel per specialia concordata , aut exercitos actus poffefforios pacificos , non tamen violentos , aut clandestinos admiffionem probare poffint . Pariter obfervabit , ne bonorum à defuncto derelictorum decimatio à fæcularibus fiat aut accipiatur , vulgò *Abzug* / nam ea aliàs circa illa bona tantum fieri folet , quæ fteuræ & oneribus civilibus antehac fubjecta funt . Ad funus honorificè terræ mandandum , atque ad Exequias decenter peragendas curabit tot ex vicinioribus Parochis , quot neceffarij erunt , convocari quorum finguli , poftquam officium Defunctorum fimul recitaverint , Sacrificium *Millæ* pro defuncti refrigerio offer-

ferent , qui  
Remotiores  
interelle no  
fratris obitu  
officio incu  
tribus not  
guli trina v  
actoties Sa  
defuncti a  
occasione  
offerent ,  
*fur à menfi*  
fi aliquis o  
pauper dec  
bus ex reli  
poffit , nih  
charitas ,  
honorifice  
reconfueti

ferent, quod idem fiet die 7. & 30.  
 Remotiores, qui Exequijs 7. & 30.  
 interesse non possunt, postquam Con-  
 fratris obitum per Decanum ( cui ex  
 officio incumbit, ut eundem Confra-  
 tribus notificet: ) cognoverint, sin-  
 guli trina vice officium Defunctorum,  
 ac toties Sacrificium Missæ DEO pro  
 defuncti anima, primâ, quâ possunt,  
 occasione, infra tricesimum tamen  
 offerent, memores moniti: *quâ men-  
 surâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Quòd  
 si aliquis ob beneficij tenuitatem adeo  
 pauper decedat, ut expensis funerali-  
 bus ex relicta hæreditate satisfieri non  
 possit, nihilominus fraterna suadebit  
 charitas, ut per viciniore Confratres  
 honorificè sepeliatur exequiis de mo-  
 re consuetis.

CA-